zu Bild Nr.
323
321
327
317
332
312
372
272
422
222

ratus est salutem in medio terrae. Unde Hilarius: locus crucis talis est ut punctum [positus] in medio terrae, ad capessendam Dei cognitionem universis gentibus esset aequalis. Locus enim, ubi crux fixa fuit, et rupis, stat ad latus dextrum hujus centri et ab eo est ostium de choro super montem Calvariae. Sicut ergo Christus est persona media in Trinitate et mediator Dei et hominum, tenens semper medium in mundi redemtione, mundi medium elegit, statuens crucem in medio. De quo medio videtur esse illud Genes. 2.: lignum vitae in medio paradysi i. e. crux Christi in medio mundi. Ideo Deuter. 6.: Dominus Deus tuus in medio tui. Et de ecclesia sancti sepulchri dicitur Levit. 26.: ponam tabernaculum meum in medio vestri, i. e. templum sepulchri mei in medio mundi.

In hoc ergo loco singulari quodam gaudio exultavimus, pro eo, quod cum salute et prosperitate de extremis mundi partibus mundi medium attigimus, et laudibus Domino solutis indulgentias accepimus (†).

De loco, ubi sanctae mulieres viderunt revolutum lapidem a monumento.

Recedentibus nobis ab hoc loco de golgathana ecclesia, per ostium, per quod intravimus, reexivimus in ecclesiam sancti sepulchri, et in locum venimus, in quo tres Mariae venientes, ut ungerent Jesum, viderunt revolutum lapidem a monumento, de quo fuerant per viam multum solliciti, dicentes: quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti, et hac respicientes viderunt eum revolutum. In loco illo intrantes procidimus, eumque deosculantes indulgentias accepimus (†).

Notandum: quod ubicunque talis pictura et signum est sancti sepulchri, et quotiens eam inveneris, scias me in ecclesia sancti sepulchri per noctem vigilasse ad dominicum sepulchrum in mea secunda peregrinatione. In prima vero tres noctes in ea fui.

F F F F F.

Ende
Anfang

© Stadtbibliothek Ulm, 2010. Signatur: 16 739-2;